1534 Piacenza. 1540.

In Nomine dni Amen Anno ab Incarnat. eiusdem millesimo quingentesimo
trigesimo quarto Indictione septima die martis quartodecimo mensis
aprilis placen. in domo habitationis infrascriptorum de medicis sita in v. s.
michaelis Coram dnis dionisio zarla q. d. franci v. s. protasij
marco de anino q. simonis v. s. Joannis de domo Alberto pterna
fq. lazari v. s. michaelis petro Joanne de zoppis filio d. Joannis
franci v. s. alexandri omnibus notarijs placen. dno Joanne petro
bummo q. d. bart. v. s. nicolaij de filijs agadys et m.co lud.co
dela valle dicto manzollo q. m.ci bernardini ste. prop. viuint
testibus notis cognitis atque rogatis asserentibus etc. Ibique dnus
Antoninus nibius q. d. antonij et Innocentius eius filius cum expresso
consensu et licentia dicti sui patris ibique presentis consentientis et parabolam
dantis in omnibus et singulis in presenti instro contentis et utrique eorum
principaliter et insolidum sicut principalis obligatus debitor
et promissor etc. Ren. etc. lege romana vivere manifestantes
sponte et ex certa scientia fuerunt confessi et manifestaverunt
habuisse et recepisse et utrique eorum insolidum confitentur habuisse
et recepisse ab egregio viro dno Joanne augustino ghisulpho
avunculo spa. Joseph de medicis q. m.ci bapte ibi presentis dantis
et solventis suo nomine fratrum suorum et de eorum cabus denariorum
libras mille ducentas imper. hoc modo viz. a p.to d. Joanne
augustino libras septingentas de proprijs denarijs ipsius d. Joannis
augustini et residuum a dictis fratribus de medicis et quibus
numeratas in auro et argento in presentia mei notarij et testium
ipsorum vere et realiter habuerunt et receperunt libras septingentas
imper. pro integra solutione dictarum librarum mille ducentarum et
in parte dotis in dotem et pro dote et nomine et occasione dotis
dne lucie de medicis filie dicti q. m.ci bapte de medicis
ex spa. dna Justina et sororis dicti Joseph. ac neptis et
sponse et uxoris 2.e dictorum de nibijs Ren. legi dicenti
principalem fideiussore prius fore conveniendum etc. et cuid
cautellorum exceptioni non habitorum et non receptorum dictorum
denariorum et non habere dicte dotis Quare p.ti dni
Antoninus et Innocentius et utrique eorum insolidum volentes

observare formam statutorum comunis placentie loquentium de donationibus
fiendis per virum uxori fecerunt et faciunt eidem domine lucie
sponse et uxori domini Innocentii ac mihi notario prefati dominus Antonius
donationem propter nuptias seu nomine antefacti et pro sponsalitia
largitate ad rationem librarum viginti quinque imperialium pro singulo centenario
librarum dictarum librarum mille ducentarum imperialium iuxta formam
statutorum predictorum Ita quidem ut dicta domina lucia predictas dotem
et donationem sibi ut supra factam habeat etc. Et promiserunt et promittunt
prefati pater et filius et uterque eorum in solidum ut supra eidem domine lucie sponse
et uxori et mihi notario ut supra stipulanti et recipienti ut supra predictas
dotem et donationem ut supra in casum restitutionis eidem domine lucie
eiusque heredibus et cui dederit restituere cum omni damno
expensis et interesse Quas quidem dotem et donationem et omnia
et singula suprascripta ut supra iusto titulo prefati dominus Antonius et
Innocentius et in solidum ut supra per solemnem stipulationem promiserunt
stipulantibus eidem domine lucie sponse et uxori ac mihi notario
ut supra stipulanti et recipienti ut supra perpetuo firma et firmam tenere et
ab omni persona etc. cum ratione defendere etc. Pro quibus
omnibus et singulis suprascriptis attendendis et firmiter observandis
prefati pater et filius de Strata obligaverunt et obligant
eidem domine lucie sponse et uxori ac mihi notario ut supra
ut supra stipulanti et recipienti pignori et hypothecae omnia sua bona
res et iura mobilia et immobilia ac se moventia presentia
et futura quae bona tenere et possidere constituerunt nomine
prefate domine lucie in solidum et precario latissime extendenda
Et ipsi ambo corporaliter tactis scripturis in manibus mei
notarii infrascripti prefati domini Antonius et Innocentius iuraverunt
et iurant ad sancta dei evangelia predicta omnia et singula
suprascripta ut supra iusto titulo fuisse et esse vera et ea
attendere et observare et non contrafacere vel contravenire
ut supra Et ibidem dictus dominus Innocentius in presentia mei notarii
et testium suprascriptorum prefatam dominam luciam ibidem presentem
volentem et consentientem in suam sponsam et uxorem legitimam
quodam annulo aureo more solito desponsavit et

desponsat et de predictis dicte partes rogaverunt
me notarium infrascriptum ut publicum conficeram instrumentum

Ego Albertus penna apostolica et imperiali
auctoritate notarius publicus placentinus suprascriptum
instrumentum rogatum et scriptum per quondam
dominum Leonardum Casalem olim notarium
publicum placentinum et sumptum quondam domini Leonardi imbreviaturis extra-
xi et exemplavi et in hanc publicam formam redegi ex mandato
domini vicarii magnifici domini pretoris placentie mihi
facto de quo constat instrumento rogato per dominum Bartholomeum Casalem
notarium placentinum in ultimo huius instrumenti

In Nomine domini amen anno ab incarnatione eiusdem Millesimo quingentesimo
quadragesimo Indictione quartadecima die sextodecimo mensis Junii
placentie in pallatio magno super scalis dicti pallatii Coram domino
Thoma Malabaila filio domini Francisci vicinie sancti Jacobi et domino Antonio Raphaele
Angusola filio domini Hectoris vicinie sancti Pauli ambobus notariis placentinis
testibus notis et ydoneis atque vocatis et rogatis Spectabilis juris utriusque doctor dominus
Sebastianus de Donatis vicarius Magnifici et generosi juris utriusque doctoris domini
Vincentii Blondi parmensis Pretoris Civitatis et episcopatus placentie
pro Sanctissimo domino nostro domino papa Paulo tertio domino nostro commisit et
precepit ac licentiam dedit et dat domino Alberto Penne notario
placentino tamquam publice et autentice persone stipulanti et recipienti
nomine et vice omnibusque interest intererit seu interesse possit
quomodolibet in futurum quatenus possit et valeat quecumque instrumenta
per quondam dominum Leonardum Casalem olim notarium et causidicum
placentinum rogata et inventa in imbreviaturis dicti domini Leonardi imbreviaturis extrahere
et finire et in publicam formam redigere et scribere nil addito
vel diminuto quod facti substantiam mutet vel variet intellectum
itaque vim et robur publicorum instrumentorum perpetuo obtineant et fir-
mitatem et ipsa sic formata et in publicam formam redacta
reddere cuique cuius interest de iure pertinere et de predictis etc.

d. vic. mandam. mihi notario et dictus d. Albertus rogavit me notarium ut inde publicum conficiam instrumentum etc.

BAC

Ego Bartholomeus Casalis imperiali auctoritate not. publicus placen. his omnibus et singulis predictis interfui et hoc presens instrumentum rogatus breviam finivi et ita scripsi meq. in premissorum fidem et testimonium subscripsi etc.

Misc Mss (Large) 2
Lea Ms. 205
1957(93546) B.A.Gen.5